

# Kirchliches Verordnungs-Blatt

für die

## Lavanter Diöcese.

**Inhalt:** Weisungen, betreffend die Einführung des Vereines zu Ehren der hl. Familie im Nazareth.

### Weisungen, betreffend die Einführung des allgemeinen frommen Vereines der christlichen Familien zu Ehren der hl. Familie von Nazareth.

Mit dem diesjährigen Fasten-Hirtenschreiben wurde der „allgemeine fromme Verein der christlichen Familien zu Ehren der hl. Familie von Nazareth“ in der Lavanter Diöcese errichtet, mit der Bemerkung, daß nähere Weisungen über die Einführung derselben noch nachfolgen werden.

„Ich wünsche recht lebhaft, daß sich alle Familien der Lavanter Diöcese der hl. Familie weihen, und ihr Beispiel nachahmen. . . . Da aber unser Heiliger Vater Papst Leo XIII. den lobwürdigen Verein zumal in ihre Hände, Hochwürdige Herren Pfarrer, gelegt hat, so bitte ich Sie, meine geliebten Mitarbeiter im Weinberge des Herrn, recht dringend, diesen segensreichen Verein den Gläubigen zu empfehlen, denselben zur Aufnahme behilflich zu sein, für die Anschaffung schöner bildlicher Darstellungen der hl. Familie von Nazareth Sorge zu tragen. Ganz gewiß sind die Priester besonders berufen, großen Anteil zu nehmen an dem läblichen Werke, die Familien christlich zu machen und zu erhalten“. (Fasten-Hirtenbrief für 1894. S. 10.)

Demgemäß werden nun die hochwürdigen Herren Pfarrer eingeladen, mit der Aufnahme der Familien in den Verein von der hl. Familie in ihren Pfarrsprengeln zu beginnen. Zu diesem Behufe werden ihnen zunächst die diesen frommen Verein betreffenden Bestimmungen und Entscheidungen zur Kenntnis gebracht.

### I. Breve Apostolicum erectionis piae Consociationis a sacra Familia.

LEO PP. XIII.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Neminem fugit rei privatae et publicae faustitatem a domestica potissimum institutione pendere. Quo enim altiores domi egerit radices virtus, quo solertius parentum voce et exemplo fuerint puerorum animi ad religionis praecepta informati, eo ubiores in rem communem fructus redundabunt. Quapropter summopere interest ut domestica societas non solum sancte sit constituta, sed sanctis etiam regatur legibus; in eaque religionis spiritus et christianae vitae ratio diligenter constanterque foveatur. Hinc profecto est quod misericors Deus cum humanae reparationis opus, quod diu saecula exspectabant, perficere decrevisset, ita eiusdem operis rationem ordinemque disposuit, ut prima ipsa eiusdem initia augustam mundo exhiberent speciem Familiae divinitus constitutae, in qua omnes homines absolutissimum domesticae societatis, omnisque virtutis ac sanctitatis intuerentur exemplar. Talis quidem Familia extitit Nazarethana illa, in qua, antequam gentibus universis pleno lumine emicuisse, Sol iustitiae erat absconditus: nimirum Christus Deus Servator Noster cum Virgine Matre et Ioseph viro sanctissimo, qui erga Iesum paterno fungebatur munere. Minime dubium est quin ex iis laudibus, quae in societate et consuetudine domestica ex mutuis caritatis officiis, ex sanctitate morum, ex pietatis exercitatione profiscuntur, maxima quaeque emituerit in sacra illa Familia, quae siquidem earum futura erat ceteris

documento. Ac propterea benigno providentiae consilio sic illa constitit, ut singuli christiani, qualicumque conditione vel loco, si ad eam animum advertant, facile possint cuiuscumque virtutis exercendae habere caussam et invitamentum. Habent revera patresfamilias in Ioseph vigilantiae providentiaeque paternae praeclarissimam normam; habent matres in sanctissima Virgine Deipara amoris, verecundiae, submissionis animi perfectaeque fidei insigne specimen; filii vero familias in Iesu, qui *erat subditus illis*, habent divinum obedientiae exemplar quod admirantur, colant, imitantur. Qui nobiles nati sunt, discent a Familia regii sanguinis quomodo et in edita fortuna se temperent, et in afflita retineant dignitatem; qui dites, noscent ab ea quantum sint virtutibus posthabendae divitiae. Operarii autem et ii omnes, qui nostris praesertim temporibus, familiarum rerum angustiis ac tenuiore conditione tam acriter irritantur, si ad sanctissimos illius domesticae societatis consortes respectent, non deerit eis caussa cur loco, qui sibi obtigit, delectentur potius quam doleant. Communes enim cum sacra Familia sunt illis labores; communes curae de vita quotidiana: debuit et Ioseph de mercede sua vitae rationibus consulere; imo ipsae divinae manus se fabrilibus exercuerunt. Nec mirum sane est si sapientissimi homines divitiis affluentes, eas abiicere voluerint sociamque cum Iesu, Maria et Ioseph sibi eligere paupertatem. Quibus e rebus iure meritoque apud catholicos sacrae Familiae cultus mature invectus, maius in dies singulos incrementum capit. Id quidem probant tum christianorum sodalitates sub invocatione Sacrae Familiae institutae, tum singulares honores ei redditi, tum potissimum a Decessoribus Nostris ad excitandum erga eam pietatis studium impertita privilegia et gratiae. Huiusmodi cultus magno in honore habitus est iam inde a saeculo decimo septimo, lateque per Italiam, Galliam et Belgium propagatus, totam fere Europam, pervasit: deinde praetergressus vastos Oceani tractus, in America per Canadensem regionem, cura praesertim atque opera Venerabilis Servi Dei Francisci de Montmorency-Laval primi Quebecensis Episcopi, et Venerabilis Servae Dei Margaritae Bourgeois, sese extendit, faustisque effloruit auspiciis. Postremis hisce temporibus dilectus filius Franciscus Philippus Francoz Societatis Iesu piam Consociationem a Sacra Familia Lugduni fundavit, quae fructus laetos atque uberes, Deo iuvante, de se pollicetur. Consociationi tam auspicato conditae illud est salutare propositum: nimirum familias christianas arctiori pietatis nexu Sacrae Familiae devincire, vel potius omnino devovere, eo etiam consilio, ut scilicet Iesus, Maria et Ioseph familias sibi deditas tamquam rem propriam tueantur et foveant. Qui sociorum in numerum sunt adsciti, debent ex instituto cum iis qui domi commorantur, in unum convenire, coram imagine Sacrae Familiae decreta pietatis officia praestare: providere, ea opitulante, ut inter se colligatis fide mentibus, caritate voluntatibus in amore Dei atque hominum, vitam ad propositum exigant exemplar. Piam hanc consociationem Bononiae ad instar Lugdunensis institutam decessor Noster felicis recordationis Pius IX. similibus litteris approbavit, deinceps Epistola die V. Ianuarii MDCCCLXX ad pium auctorem data singularis laudis proeconio est prosequutus. Ad Nos quod attinet, cum summopere curemus, et diligamus quaecumque ad animarum salutem iuvandam maxime valent, nolumus desiderari laudem et commendationem Nostram, datisque ad dilectum Filium Nostrum Augustinum, S. R. E. Cardinalem Bausa, ex dispensatione Apostolica Archiepiscopum Florentinum, litteris, eam Consociationem utili ac salutarem, nostrisque temporibus valde accommodatam esse significavimus. Quas vero Nostra sacrorum Rituum Congregatio, suffragante dilecto Filio Nostro Caietano S. R. E. Presbytero Cardinali Aloisi-Masella eidem Congregationi Praefecto, consecrationis christianarum familiarum formulam, et precationem coram imagine Sacrae Familiae recitandam Nobis proposuerat, probavimus, et utramque ad locorum Ordinarios transmittendam curavimus. Deinde veriti ne germanus memoratae doctionis spiritus tractu temporis oblanguesceret, eidem Nostrae Sacrorum Rituum Congregationi mandavimus, ut Statuta concinnaret, quibus in universo catholico orbe piae consociationes sacrae Familiae instituendae adeo inter se coniunctae forent, ut unus omnibus praeficeretur praeses, qui eas auctoritate summa regeret et moderaretur. Statuta post accuratum examen ab eadem Sacra Congregatione exarata, sunt eadem quae subscrubuntur.

Quae quidem Statuta, cum de iis supradictus Cardinalis Praefectus ad Nos retulisset, comprobavimus et Apostolica Auctoritate Nostra rata habuimus et confirmavimus, derogatis abrogatisque quae super hanc rem scita actaque sunt, nominatim Apostolicis Litteris die III. Octobris anno MDCCCLXV.

datis, et omnibus actis, quae ad primariam Lugdunensem Consociationem spectant. Volumus autem, iubemus ut Consociationes omnes Sacrae Familiae cuiuscumque tituli, quae nunc existunt, in hanc uniam et universam coalesceant. Excipimus tamen religiosas Congregationes huius tituli, quae constitutio-  
nibus utantur ab hac S. Sede adprobatis, et Confraternitates proprie dietas, dummodo canonice sint  
erectae, et ad regulas et normas dirigantur a Romanis Pontificibus praescriptas, nominatim a Clemente VIII. in Constitutione *Quaecumque* die VII. Decembris anni MDCIV. Hae vero Confrater-  
nitates ac religiosae Congregationes, quae fortasse adscribendis familiis operam hactenus dederunt, in  
posterum ab huiusmodi eura, quae solummodo Parochis commissa est, prorsus abstineant. Haud tamen  
necessere est ut familiae iam alicui Consociationi adscriptae, pro indulgentiis aliisque muniberis spiri-  
tualibus obtinendis iterum adscribantur, dummodo servent ea quae in novis hisce Statutis praescripta  
sunt. Consociationis universae Praesidem eligimus, renuntiamus Nostrum in hac alma Urbe Vicarium in  
spiritualibus generalem pro tempore, atque in perpetuum Patronum damus cum omnibus iuribus et facul-  
tatibus, quae summam potestatem gerenti iudicentur necessariae.

Illi autem Concilium adesse volumus Urbanorum Antistitum, in quibus Secretarius pro tem-  
pore Nostrae Sacrorum Rituum Congregationis. Quod superest, Nobis spes bona est omnes, quibus est  
animatorum credita salus, maxime Episcopos, studii huius Nostri in hac pia Consociatione provehenda  
socios ac participes sese facturos. Qui enim cognoscunt et Nobiscum deplorant christianorum morum  
demutationem et corruptelam, restinctum in familiis religionis et pietatis amorem, et accensas supra  
modum rerum terrestrium cupiditates, ipsi siquidem vel maxime optabunt tot tantisque malis opportuna  
affери remedia.

Et siquidem nihil magis salutare aut efficax familiis christianis cogitari potest exemplo  
Sacrae Familiae, quae perfectionem absolutionemque complectitur omnium virtutum domesticarum. Quapropter  
current ut familiae quamplurimae, praesertim operariorum, in quas insidiarum vis maior intenditur,  
piae huic Consociationi dent nomen. Cavendum tamen est ne a proposito suo Consociatio deflectat, neve  
spiritus immutetur; sed quae et quomodo decretae sunt pietatis exercitationes et precatio-  
nes integrae serventur. Sic implorati inter domesticos parientes adsint propitiis Iesus, Maria et Ioseph, caritatem alant,  
mores regant, ad virtutem provocent imitatione sui, et quae undique instant mortales aërumnae, eas  
leniendo faciant tolerabiliores. Decernentes haec omnia et singula ut supra edicta sunt, firma rataque  
in perpetuum permanere, non obstantibus constitutionibus, litteris Apostolicis, privilegiis, indultis, Nostris  
et Cancellariae Apostolicae Regulis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die XIV. Iunii MDCCCXII  
Pontificatus Nostri Anno XV.

S. Card. VANNUTELLI.

## II. Statuta piae Consociationis universalis familiarum sacrae Nazarethanae Familiae dicatarum.

1. Piae Consociationis propositum est, ut christianaes familias Sacrae Nazarethanae Familiae  
omnino se devoveant, Eamque venerandam atque imitandam sibi proponant, coram Eius imagine, quo-  
tidiana prece, vitamque effingant iuxta praeclaras virtutes, quarum hominibus qualicumque conditione, sed  
praesertim operaria, illa exemplar fuit.

2. Romae apud Eminentissimum Vicarium in spiritualibus generalem pro tempore Sanctitatis  
Suae, qui et Consociationis Patronus est, Pia Consociatio centrum habet. Ipse Eminentissimus a Reveren-  
dissimo D. S. R. Congregationis Secretario duobusque aliis, ad arbitrium suum, Praelatis, necnon et  
ab alio ex Ecclesiasticis Secretarii munere fungente adiutus, Consociationem ubique terrarum dirigit dans  
operam ut spiritum, et proprii institutionis indolem servet, et magis ac magis in dies propagetur.

3. In unaquaque Dioecesi seu Apostolico Vicariatu, Ordinarius ad meliorem inter oves sibi creditas Piae Consociationis propagationem consequendam, opera alicuius Ecclesiastici pro suo lubito, utatur, cui titulum Dioecesani Moderatoris tribuet.

4. Dioecesanorum Moderatorum erit cum Parochis, quibus solummodo familiarum adscriptio in propriis parochiis conimissa est, relationem habere. In mense vero Maii, quolibet anno Parochi Dioecesanis Moderatoribus, et ii, sub dependentia Ordinarii, centrali Sedi romanae numerum familiarum, quae Piae Consociationi nomina dederunt, mittere satagent.

5. Consecratio familiarum iuxta formulam a Sanctissimo D. D. Leone Papa XIII. adprobata atque praescriptam fiet. Quae quidem, vel ab unaquaque familia seorsim fieri potest, vel etiam a pluribus familiis simul Parochiali in Ecclesia apud proprium Parochum, vel alium ab eo delegatum congregatis.

6. Sacrae Familiae imago apud quamlibet adscriptarum familiarum erit, et individua, ex quibus familiae coalescunt semel saltem in die, et si fieri possit serotino tempore, in unum coram ea ad preces fundendas convenient. Ad hoc maxime commendatur formula precatoria a Regnante Pontifice adprobata, nec non usus frequens trium, quae notae sunt satis, iaculatoriarum:

*Gesù, Giuseppe e Maria, vi dono il cuore e l'anima mia.*

*Gesù, Giuseppe e Maria, assistetemi nell'ultima agonia.*

*Gesù, Giuseppe e Maria, spiri in pace con voi l'anima mia.<sup>1)</sup>*

7. Sacrae Familiae imago, vel illa in litteris sa. me. Pii Papae IX, diei 5. Ianuarii 1870 memorata, esse potest, vel alia quaecumque, in qua tamen Iesus Christus Dominus Noster in sua vita abscondita exprimatur, quam agit una cum Beatissima Virgine Matre sua, ac purissimo eius Sponso S. Ioseph. Iure tamen Ordinarii, iuxta Tridentinum, firmo remanente omnem excludendi imaginem, conceptui huiusmodi Consociationis haud conformem.

8. Familiae, in Consociationis albo adscitae, Indulgentiis aliisque spiritualibus bonis a Summis Pontificibus concessis, fruuntur, sicuti in pagella aggregationis notatum est.

9. Eminentissimus Patronus cum suo Consilio regulas concinnabit promulgabitque, circa ea quae magis utiliora Piae esse possunt Consociationi; sed praeceps Festa Consociationis propria indicabuntur, dies Festus Titularis, annua renovatio Consecrationis insimul facienda, comitia habenda etc.

---

### III. Index indulgentiarum et privilegiorum piae Consociationi Sacrae Familiae tribuendorum.

LEO PAPA XIII.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Quum nuper Nobis obtigisset, ut nova Statuta Consociationis Sacrae Familiae Apostolicis litteris probaremus et sanciremus, satis muneri atque Officio Nostro facturos esse duximus, si eandem Consociationem amplissimis verbis collaudaremus, eamque christianis Familiis summiopere commendaremus. Laudavimus autem, et commendavimus ea voluntate eoque proposito, ut nimirum populus christianus,

<sup>1)</sup> Jezus, Marija in Jožef, vam darujem svoje srće in svojo dušo! — Jezus, Marija in Jožef, stojte mi na strani v zadnjem smrtnem boju! — Jezus, Marija in Jožef, naj se loči moja duša v miru z vami!

Jehuš, Maria und Joſeph, Euch ſchenke ich mein Herz und meine Seele! — Jehuš, Maria und Joſeph, ſtehet mir bei im lejten Todeſkampfe! — Jehuš, Maria und Joſeph, möge meine Seele mit Euch in Frieden ſcheiden!

Indulgientia toties 300 dierum pro omnibus tribus, et 100 dierum pro unaquaque. Pius P. VII,  
28. Apr. 1807.

cuius aeterna salus est Nobis commissa, ad christianarum virtutum laudem exemplo sacrae Familiae et invitatione Nostra tempestive revocarentur. Christiana quippe virtus tam est efficax, tantumque pollet, ut in ea magnam partem posita sit vel sanatio malorum, quae premunt, vel depulsio periculorum, quae metuuntur. Ad virtutem vero mirifice excitantur homines exemplo: quod quidem eo magis imitatione dignum indicatur, quo integror et sanctior est persona, unde petitur. Quare haud mirum est si Nos, qui nihil magis cupimus atque optamus, quam posse, excitata ubique virtute christiana, praesentibus malis mederi, et proxima pericula deprecari, Consociationem Sacrae Familiae singulari benevolentia et studio prosequimur, utpote quae sanctitatem divinae illius Familiae sibi proponit exemplar. Omnes enim ii, qui in huiusmodi Consociationem adsciti sunt, praeclarissimas Iesu, Mariae, et Ioseph virtutes contemplantes, necesse est ut similitudinem earum aliquam adripiant, fierique studeant imitatione meliores. Quare vigeat floreatque haec pia Consociatio quum sodalium numero, tum recte factorum laude; augeatur et ad plures in dies singulos propagetur: ea enim florente, facile fides, pietas, et omnis christiana laus in familiis revirescent. Quum vero soleant homines permoveri maxime praemio; Nos, quod in facultate Nostra est, praemium spiritualium bonorum, non quidem fragile et caducum, illis, quasi invitamentum, proponimus. Ceterum maiora exspectent ab iis, quibus se devoverunt, nimirum a Iesu, Maria, et Ioseph, qui sint servis suis praesentes propitii in omni vitae cursu, et postmodum efficiant, ut sua sanctissima ac suavissima nomina illorum morientium labris insideant. Quare quod bonum sanctumque sit, Deique gloriae, et animarum saluti benevertat, Nos auctoritate Nostra Apostolica, his litteris, poenarum remissionibus seu indulgentiis, privilegiisque, quae infra in apposito indice recensentur, omnes et singulos sodales Consociationis sacrae Familiae tam praesentes quam futuros uti posse volumus et iubemus.

#### Indulgentiae Plenariae.

Sodalibus Consociationis Sacrae Familiae ex utroque sexu singulis, qui admissorum confessione ritu christiano expiati sacram Eucharistiam sumpserint, et Parochiale aedem, vel oratorium publicum, devote visitaverint, ibique aliquamdiu ad mentem nostram orando perstiterint, indulgentiam plenariam consequendi ius esto diebus, qui infra scripti sunt.

I. Die quo Consociationem adierint, emissâ Consecrationis formula a Nobis per Nostram Rituum Congregationem probata, et in fine huius indicis relata.

II. Quo die in inno generalis conventus habebitur, iuxta cuiusque loci, in quo exstat Consociatio, consuetudinem ad sodalium pactum renovandum.

#### III. Diebus festivitatum

- |                             |             |
|-----------------------------|-------------|
| 1. Nativitatis              | D. N. I. C. |
| 2. Circumcisionis           |             |
| 3. Epiphaniae               |             |
| 4. Resurrectionis           |             |
| 5. Ascensionis              |             |
| 6. Immaculatae Conceptionis | B. M. V.    |
| 7. Nativitatis              |             |
| 8. Annuntiationis           |             |
| 9. Purificationis           |             |
| 10. Assumptionis            |             |

item diebus festis

11. S. Ioseph Sponsi B. M. V. die undevigesima mensis Martii.
12. Patrocini eiudem, Dominica tertia post Pascha.
13. Desponsationis B. M. V. die vigesima tertia mensis Ianuarii.

#### IV. Die festo titulari universae Consociationis.

V. Die per menses singulos sodalium arbitrio eligendo, dummodo mense ipso in familiis praescriptas preces coram Sacrae Familiae imagine una simul recitaverint.

VI. Moritoris si, non compotes sacra Confessione atque Eucharistia, animi dolore culpas expiaverint, et sanctum nomen Iesu aut voce, aut si loqui posse desierint, voluntate imploraverint.

### Partiales.

#### I.

Sodales Consociationis Sacrae Familiae ex utroque sexu singuli, qui corde saltem contriti Parochialem Ecclesiam, in qua est sedes Consociationis constituta, vel aliquod templum sacramentum celebraverint, luerari possint et valeant partiales indulgentias septem annorum totidemque quadragenarum

- |  |   |          |
|--|---|----------|
| 1. Die Visitationis  | } | B. M. V. |
| 2. Die Praesentationis   |   |          |
| 3. Die Patrocinii  |   |          |
| 4. Quolibet die iidem sodales una simul in propriis familiis adscriptis congregati, ante imaginem sacrae Familiae statas preces corde contrito recitaverint. |   |          |
| 5. Diebus, quibus sodales interfuerint concentibus, quos haberi contigerit.  |   |          |

#### II.

Iudem sodales indulgentias lucentur trecentorum dierum quoties corde contrito Orationem: O amantissime Iesu etc. (vide infra pag. 8). ante imaginem Sacrae Familiae quoquaque idiomate recitaverint.

Ii vero sodales, qui vel infirmitate, vel alia caussa impediti hanc Orationem recitare nequivent, eandem indulgentiam luerari poterunt, si devote quinques recitaverint Orationem dominicam, et salutationem Angelicam cum *Gloria Patri*.

#### III.

Ducentorum dierum indulgentiam sodales Consociationis consequantur semel in die, si iaculatorias preces quoquaque idiomate effuderint ut infra:

„Gesù, Maria, Giuseppe illuminateci, soccorreteci, salvateci. Così sia<sup>a. 1)</sup>)

#### IV.

Centum dierum indulgentiam luerifaciant sodales, qui operam dederint, ut Christianae familiae huic piae et universalii Consociationi sese adscribant.

#### V.

Indulgentiam sexaginta dierum lucentur sodales, quoties hi: 1. in Ecclesia Parochiali, in qua sedem habet Consociatio, sacrosancto Missae sacrificio, aliisque divinis officiis devote adstiterint: 2. vel quinques recitaverint Orationem dominicam et salutationem Angelicam pro sodalibus defunctis: 3. vel familiarum dissidia composuerint, vel componenda curaverint: 4. vel familias a iustitiae tramite devias, in viam salutis reducere studuerint: 5. vel pueros sive puellas christianis praecepsis imbuere sategerint: 6. vel aliud quoquaque pium opus peregerint, quod in bonum Consociationis cedat.

Sodalibus, si maluerint, omnibus et singulis indulgentiis supra dictis sive plenariis sive partialibus labes poenasque defunctorum expiare liceat.

<sup>1)</sup> Jezus, Marija, Jožef, razsvetljujte nas, pomagajte nam, rešite nas! Amen.

Jesuš, Marija, Josip, erleuchtet uns, kommt uns zu Hilfe, errettet uns! Amen.

## PRIVILEGIA.

### Pro sodalibus universis.

Missae, quae pro sodalibus defunctis quocumque in altari celebabantur, iisdem suffragentur ac si altari privilegiato celebrarentur.

### Pro Parochis.

I. Privilegium altaris personalis tribus in qualibet hebdomada diebus; dummodo simili privilegio alia de caussa non perfruantur.

II. Facultas benedicendi extra Urbem Coronas, Rosaria, Crucifixos, parvas statuas ac numismata, eisque applicandi omnes et singulas indulgentias, quas Summi Pontifices adtribuere iisdem solent, ut describitur in apposito elenco; sed tantummodo exercenda pro sodalibus in Consociationem adscitis, die quo 1. christiani piam ingrediuntur Consociationem; et 2. sollemniter renovetur pactum Consociationis.

Atque haec omnia et singula, uti supra decreta sunt, ita firma, stabilia, rata in perpetuum esse volumus: non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die XX. Iunii MDCCXCII, Pontificatus Nostri Anno XV.

S. Card. Vannutelli.

---

## IV. Vereinsgebete.

### 1. FORMULA

RECITANDA QUOCUMQUE IDIOMATE A CHRISTIANIS FAMILIIS QUAE SE SACRAE FAMILIAE CONSECRANT.

O Iesu Redemptor noster amabilissime, qui e caelo missus ut mundum doctrina et exemplo illustrares, maiorem mortalis tuae vitae partem in humili domo Nazarena traducere voluisti, Mariae et Iosepho subditus, illamque Familiam consecrasti, quae cunctis christianis familiis futura erat exemplo; nostram hanc domum, quae Tibi se totam nunc devovet, benignus suscipe. Tu illam protege et custodi, et sanctum tui timorem in ea confirma, una cum pace et concordia christiana caritatis: ut divino exemplari Familiae tuae similis fiat, omnesque ad unum quibus ea constat, beatitatis sempernae sint compotes.

O amantissima Iesu Christi Mater et mater nostra Maria, tua pietate et clementia fac ut consecrationem hanc nostram Iesus acceptam habeat, et sua nobis beneficia et benedictiones largiatur.

O Ioseph, sanctissime Iesu et Mariae custos, in universis animae et corporis necessitatibus nobis tuis precibus succurre; ut tecum una et beata Virgine Maria aeternas divino Redemptori Iesu Christo laudes et gratias rependere possimus.

### Molitev,

s katero se krščanske družine posvetijo sv. Družini.

O Jezus, naš preljubezjivi Vzveličar, poslan iz nebes, da bi razsvetljeval svet s svojim naukom in vzgledom, hotel si večji del svojega življenja na zemlji preživeti v nizki hišici Nazareški, pokoren Mariji in Jožefu, in si posvetil to Družino, katera naj bi bila vzgled vsem krščanskim

družinam; sprejmi milostno to našo hišo, katera se ti zdaj popolnoma posveti! Brani in varuj njo, in utrdi v njej svoj sveti strah in mir in edinost krščanske ljubezni, da bode podobna božjemu vzgledu tvoje Družine, in da se vsi, ki v njej prebivajo, udeležijo večnega vzveličanja!

O preljubeznejiva mati Jezusa Kristusa in naša mati Marija, izprosi po svoji dobroti in milosti, da Jezus sprejme to naše posvečenje in nam podeli svoje dobrote in blagodare!

O Jožef, presveti varih Jezusa in Marije, v vseh dušnih in telesnih potrebah prihajaj nam na pomoč, da bodore s teboj in z blaženo devico Marijo večno čast in hvalo dajali božjemu Vzveličarju Jezusu Kristusu!

### Weihesform der Familien an die heilige Familie.

O Jesu, unser liebenswürdigster Erlöser, der Du vom Himmel gesandt bist, um die Welt durch Deine Lehre und Dein Beispiel zu erleuchten, der Du den größern Theil Deines irdischen Lebens im ärmlichen Hause zu Nazareth, im Gehorham gegen Maria und Joseph hast zubringen wollen und jene Familie geheiligt hast, welche allen christlichen Familien ein Vorbild sein sollte, nimm gnädig auf dieses unser Haus, welches sich Dir jetzt ganz und gar weiht. Beschütze und bewahre es, befestige darin die heilige Furcht vor Dir, und den Frieden und die Eintracht christlicher Liebe, damit es dem Beispiele Deiner göttlichen Familie ähnlich werde, und damit Alle insgesamt, die ihm angehören, der ewigen Seligkeit theilhaftig werden.

O liebste Mutter Jesu Christi und auch unsere Mutter Maria! Bewirke durch deine Güte und Milde, daß Jesus diese unsere Weihe annehme und Seine Wohlthaten und Segnungen uns verleihen möge.

O Joseph, du heiligster Beschützer Jesu und Mariä, komme uns in allen Nöthen des Leibes und der Seele durch deine Fürbitte zu Hilfe, auf daß wir zugleich mit dir und der heiligsten Jungfrau Maria unserm Heilande Jesu Christo ewiges Lob und Dank darbringen können. Amen.

### 2. ORATIO

#### QUOTIDIE RECITANDA ANTE IMAGINEM SACRAE FAMILIAE.

O amantissime Iesu, qui ineffabilibus tuis virtutibus et vitae domesticae exemplis Familiam a te electam in terris consecrasti, clementer aspice nostram hanc domum, quae ad tuos pedes provoluta propitium te sibi deprecatur. Memento tuam esse hanc domum; quoniam tibi se peculiari cultu sacravit ac devovit. Ipsam benignus tuere, a periculis eripe, ipsi in necessitatibus occurre, et virtutem largire, qua in imitatione Familiae tuae sanctae iugiter perseveret; ut mortalis suae vitae tempore in Tui obsequio et amore fideliter inhaerens, valeat tandem aeternas tibi laudes persolvere in caelis.

O Maria, Mater dulcissima, tuum praesidium imploramus, certi divinum tuum Unigenitum precibus tuis obsecuturum.

Tuque etiam, gloriosissime Patriarcha sanete Joseph, potenti tuo patrocinio nobis succurre, et Mariae manibus vota nostra Iesu Christo porrigena submitte.

### Molitev,

katera se naj moli vsak dan pred podobo sv. Družine.

O preljubeznejivi Jezus, ki si Družino, katero si na zemlji izvolil, posvetil s svojimi neizrečečenimi čednostmi in vzgledi domačega življenja, poglej milostno na to našo hišo, katera te, kleče pred teboj, prosi tvoje milosti! Spomni se, da je ta hiša tvoja, ker se je tebi s posebno pobožnostjo posvetila in darovala! Dobrotno njo varuj, reši njo nevarnosti, pridi njej na pomoč v potrebah in dodeli njej moč, da v posnemanju tvoje sv. Družine vedno ostane stanovitna; da ves čas svojega

pozemeljskega življenja tebi v pokorščini in ljubezni zvesto služi in kedaj v nebesih tebi večno slavo prepevati zamore!

O Marija, mati presladka, prosimo te tvojega varstva, ker vemo, da tvoj edinorojeni božji Sin rad usliši tvoje prošnje!

In tudi ti, prečastitljivi očak sveti Jožef, pridi nam na pomoč s svojim mogočnim varstvom in izročuj naše prošnje Mariji, da njih ona prednaša Jezusu Kristusu!

### Gebet, täglich vor einem Bilde der hl. Familie zu verrichten.

O liebreichster Jesu, der Du durch Deine unaussprechlichen Tugenden und durch die Beispiele Deines häuslichen Lebens die von Dir erwählte Familie auf Erden geweiht hast, siehe gnädig auf diese unsre Familie herab, welche sich zu Deinen Füßen niederwirft und Dich um Gnade ansleht. Sei eingedenk, daß diese Familie Dir angehört, weil sie sich Dir zu besonderer Verehrung geweiht und gewidmet hat. Beschütze sie gnädig, errette sie aus den Gefahren, stehe ihr bei in ihren Nöthen und verleihe ihr die Kraft, immer auszuhalten in der Nachahmung Deiner heiligen Familie, auf daß sie während ihres irdischen Lebens in Deinem Dienste und in Deiner Liebe treu bleibe, und endlich im Himmel Dich ewig loben und preisen könne.

O Maria, süßeste Mutter, wir flehen dich an um deinen Schutz, in der festen Zuversicht, daß dein eingeborner göttlicher Sohn deine Bitten erhören wird.

Und auch du, glorreichster Patriarch, heiliger Joseph, komme uns mit deinem mächtigen Schutze zu Hilfe, und übergib unsre Bitten in die Hände Mariä, damit sie dieselben Jesu Christo darreiche. Amen.

---

### V. Decretum de dubiis.

Postquam litterae a Sacra Rituum Congregatione, die 10. Decembris 1890, de cultu Sacrae Familiae singularum Dioecesum Ordinariis transmissae fuerunt, eidem Sacrae Congregationi sequentia dubia proposita sunt, nimirum:

I. An Seminaria, Collegia, Congregationes et Religiosae Familiae possint per formulam novissime a Sanctissimo Domino Nostro Leone Papa XIII. approbatam semet Sacrae Familiae consecrare, itemque Paroeciae, Dioeceses ac Regiones?

II. Preces ab eodem Sanctissimo Domino Nostro itidem probatae atque indulgentiis ditatae a singulis familiis coram imagine Sacrae Familiae recitandae, possuntne in Ecclesiis publicis usurpari?

III. Licet ne familiis, quae iam speciali ratione Sancto Ioseph se consecrarunt, semet Sacrae Familiae dedicare?

IV. Quum permultae orationes, litaniae, formulae consecrationis Sacrae Familiae et alia huiusmodi in pluribus locis circumferantur, quomodo providendum?

Et Sacra eadem Congregatio in Ordinario Coetu ad Vaticanum subsignata die coadunata, referente me infrascripto Cardinali Praefecto, omnibus rite perpensis, sic describere rata est:

Ad I. Quoad Seminaria, Collegia et singulas Domos Congregationum ac Familiarum Religiosarum, *Affirmative*; quoad Paroecias, provisum per consecrationem familiarum in singulis Paroeciis; quoad cetera *Non expedire*:

Ad II. *Affirmative*, sed coram Imagine Sacrae Familiae;

Ad III. *Affirmative*;

Ad IV. Quoad litanias, comprehendi sub universali vetito Litaniarum, quae explicite approbatae non fuerint a Sede Apostolica: quoad orationes, formulas consecrationis aliasque preces sub quovis

titulo ad Sacram Familiam honorandam adhibitas, mittendas esse ab Ordinariis locorum, nec non a Superioribus Religiosarum Congregationum, ut debito examini subiificantur; secus in posterum liceo usurpari nequeant. Die 13. Februarii 1892.

De his autem facta Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII. per me infrascriptum Cardinalem Praefectum relatione, Sanctitas Sua resolutiones Sacrae eiusdem Congregationis ratas habuit, et confirmavit. Die 18, iisdem mense et anno.

Caietanus Card. Aloisi-Masella, S. R. C. Praefectus.

L. + S.

Vincentius Nussi, S. R. C. Secretarius.

---

## VI. Piae consociationis sacrae Familiae regulae.

Vide II. Kirchl. Verordnungsblatt für die Lavanter Diözese ddo. 31. März 1893 Nr. 822, I.

---

## VII. Neueste Entscheidungen in Betreff der Aufnahme der Familien in den frommen Verein von der hl. Familie.

In Betreff des allgemeinen frommen Vereines der christl. Familien zu Ehren der hl. Familie von Nazareth wurden kürzlich einige Anfragen in Rom vorgelegt, die mit den von Sr. Eminenz dem Cardinalvicar gegebenen Antworten hier mitgetheilt werden.

1. Genügt es, daß der Pfarrer nur den Namen des Vaters oder Hauptes der Familie in die Vereinsliste eintrage, oder muß er die einzelnen Familienmitglieder einschreiben? — Nein, auf die erste Frage; ja, auf die zweite.

2. Kann der Pfarrer mit der Einschreibung der Familien einen anderen Priester betrauen? — Es steht nichts im Wege, daß der Pfarrer bei Einschreibung der Familien einen Priester zu Hilfe nehme.

3. Reicht es hin, daß die Familien, welche dem Vereine beizutreten wünschen, diesen ihren Wunsch dem Pfarrer brieflich oder durch Mittelspersonen kundthun, oder ist es durchaus erforderlich, daß das Haupt der Familie, oder ein Mitglied derselben vor dem Pfarrer zu diesem Zwecke persönlich erscheine? — Es ist durchaus geziemend, daß das Haupt der Familie sich persönlich vor dem Pfarrer stelle.

\* \* \*

## VIII. Auf Grund dieser Bestimmungen und Entscheidungen wird nun angeordnet:

1. In jeder Pfarre, wo der fromme Verein von der hl. Familie eingeführt wird, ist behufs Eintragung der Familien ein entsprechend großes Vereinsbuch anzulegen.

2. Die Familien sind von der Kanzel in geeigneter Weise zu recht zahlreichem Beitritte in den Verein einzuladen.

3. Zur Aufnahme in den Verein würde es zwar genügen, daß irgend ein Familienmitglied vor dem Pfarrer mit der Bitte erscheine, die Familie in den Verein einzutragen; es ist jedoch durchaus geziemend, daß das Oberhaupt der Familie, welche in den Verein aufgenommen zu werden wünscht, sich persönlich beim Pfarrer melde.

4. Es genügt nicht, nur den Namen des Vaters, bezw. des Familienoberhauptes in das Vereinsbuch einzutragen, vielmehr müssen die Mitglieder der Familie einzeln aufgeführt werden. Dienstboten, Gesellen, Lehrlinge u. s. w., welche in eine Familie eintreten, die bereits dem Vereine angehört, müssen sich nachträglich in das Vereinsbuch eintragen lassen, falls sie nicht bereits in ihrem früheren Dienstverhältnisse eingeschrieben worden sind; andererseits aber bleibt ein Dienstbote u. s. w., welcher in das Vereinsbuch eingetragen ist, Mitglied des Vereines, auch wenn er in eine andere Familie eintritt, die dem Vereine nicht angehört.

5. Der Pfarrer ist der eigentliche Rector des Vereines in seiner Pfarre. Es steht jedoch nichts im Wege, daß er zur Eintragung der Familien in das Vereinsbuch eines anderen Priesters sich bediene.

6. Die in den frommen Verein aufgenommenen Familien (alle Mitglieder derselben) weihen sich der hl. Familie nach dem vom Heiligen Vater genehmigten und vorgeschriebenen Formulare, welches im Aufnahmescheine zu finden ist, und zwar: a) entweder jede Familie für sich zu Hause (wozu die Gegenwart des Pfarrers nicht nothwendig ist), oder b) mehrere Familien resp. deren Familienglieder gemeinsam in der Pfarrkirche vor dem Pfarrer oder dessen Stellvertreter. Ist das Weihegebet verrichtet, so ist der vollgültige Aufnahmearbeit vollzogen.

**Anmerkung.** Ein Bittgesuch des F. B. Lavanter Ordinariates vom 11. Februar d. J. an Seine Eminenz, den Cardinal-Vicar Sr. Heiligkeit, als den General-Präses dieses Vereines, um Zusendung eines Errichtungsdiplomes (vergl. Linzer Quartalschrift 1894, I. Heft, Seite 190 und 191) wurde unterm 23. Februar d. J. dahin erledigt, daß ein solches Diplom nicht nothwendig sei. Das betreffende Defret lautet: Eminentissimus Cardinalis-Vicarius Praeses Piae Consociationis S. Familiae per infrascriptum Prosecretarium respondet Illustrissimo Episcopo Lavantino, Diploma non indigere pro erectione dictae Consociationis, cum jam per Breve „Neminem fugit“ provisum sit.

Raphael Chimenti, Prosecret. P. Cons. S. Fam.

7. Die Aufnahmescheine werden von der F. B. Ordinariats-Kanzlei besorgt, und können durch den Diöcesan-Director bezogen werden. Für die einzelnen Familienmitglieder werden entsprechende Bilder mit beigegebter Weiheformel und dem täglichen Vereinsgebet besorgt. Die Herren Pfarrer wollen auch dafür sorgen, daß für jede Pfarrkirche, wo dieser fromme Verein eingeführt wird, ein größeres Bild der hl. Familie beigestellt werde, damit die Vereinsmitglieder vor demselben ihre Gebete verrichten können.

8. Für Vereinsvorträge, welche zur Pflege der Verehrung der hl. Familie öfters im Laufe des Jahres gehalten werden sollen (vide: Regulae III. c.), werden den Herren Pfarrern vorderhand empfohlen:

Grüße aus Nazareth. Monatschrift für alle Verehrer der hl. Familie. Straßburg im Elsaß. Herausgegeben von P. Gratian v. Linden O. Cap. — Die hl. Familie. Ein Hausbuch für die Mitglieder des Vereines der hl. Familie v. P. Bon. Hammer. Einsiedeln bei Benziger, 1893. — Die hl. Familie. Monatschrift für die christliche Familie v. Freising bei Dr. Franz Datterer.

9. Die alljährlich im Monate Mai von den Herren Pfarrern einzusendenden Listen haben nur die Namen der dem Vereine neu beigetretenen Familien mit der Anzahl ihrer Mitglieder, nicht aber (wie die Pfarr-Vereinsmatrix) die Namen der einzelnen Familienmitglieder zu enthalten.

10. In allen, diesen frommen Verein betreffenden Anliegen und Zweifeln wollen sich die Herren Pfarrer an den Diöcesan-Director des Vereines wenden, welcher stets bereitwilligst die nöthigen Auskünfte ertheilen wird. (Vergl. Verordnungs-Blatt I. 1894. Absatz IV. S. 8).

Quicunque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos et misericordia Dei. (Gal. 6, 16).

## F. B. Lavanter Ordinariat in Marburg,

am 10. März 1894.

† Michael,  
Fürstbischof.

